



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXII. De Fidejussoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

1. C. De
antichresios?
pig.

An ergo improbatum est hoc iure pactum
antichresios?

Vide inf.
tit. de u.
jur.

Omnino; quia usurarium, ut
fructus pignoris tamdiu cedant lucro
creditoris, donec fors, sive debitum
extolutum fuerit. Jus vero civile
probat ejusmodi pactum, ut &
Pontificum certis casibus.

An & pactum legis commissoria?

1. 7. h. t.
C. de pact.
pig.

Tale quidem pactum valet inter em-
torem & venditorem, scilicet ut pretium
intra certum diem conventum non so-
luto, res fiat inempta, & dominium
rei venditæ ac traditæ, redeat ad vendi-
torem; in pignoribus vero non valet
& prohibetur utroque iure; quia im-
probi est hominis, ex dilatione soluti-
onis captare tam justum lucrum,
in fraudem usurarium; cum pignus
pletumque plus sit, quam debitum,
pro quo est obligatum.

De Fidejussoribus.

TIT. XXII.

Contractus firmandis etiam fidejusso-
res cohiberi solent, qui pro alio ac-
cedo.

cessorie se obligant. obligationemque alterius in se suscipiunt.

Qui fidei iurare possunt?

OMnes, qui obligari, nisi nominatim prohibeantur. Non prohibetur autem Clericus fidei iurare, siue pro Clerico, siue etiam pro laico; ea tamen cautela, ut sapius & pro pluribus fidei iubendo non se nimium negotiis involvat secularibus.

c. 2. h. t.

An neque Religiosus?

Religiosus prohibetur, absque Prælati sui licentia: quia velle aut nolle aliquid non potest, nisi auctoritate sui Superioris, cui voluntatem suam renuntiavit.

c. 4. h. t.

Quis est effectus fidei iussionis?

Quod, si debitor principalis non solvat, cogi possit fidei iussor simpliciter acceptus; cui tamen datur beneficium excussionis, siue ordinis, ut prius conveniri non debeat, quam excussio debitori principali.

Quod si plures sint accepti fidei iussores pro eodem debitore?

Illi quidem omnes etiam in solidum tenentur.

K 7

tenentur

tenerur ipso jure; sed gaudent beneficio divisionis, ex epistola D. Hadriani Imp. ut in solidum cōventi singuli pro sua tantum parte solve & teneantur, modò alij fidejussores litis contestata tempore solvendo sint.

l. 10. §. ita demum

D. h. tit.

Fidejussor quomodo repetet quod pro debitore solvit?

l. 6. h. t.

§. l. inter.

26. §. 3. l.

20 §. 1.

D. eod. c.

3. h. t.

Actione vel mandati, si fidejussor pro debitore, hoc expressè, vel tacite mandante, vel negotiorum gestorum si pro absente fidejussor, etiam pro Clerico, qui fidejussorem suum tenetur servare indemnem.

Fidejussor an agere adversus debitorem potest, ut se liberet à fidejussione?

c. 3. §. c.

ult. h. t. l.

Lucius

38. D.

Mand. §.

l. Si pro

ec. eod.

Regulariter non potest: tū quia qui fidejuber pro debitore promittit se pro eo soluturū; unde quādin non solvit, non potest dici perfecisse id quod promissum sit: tū etiam quia alias foret invidiosum beneficiū fidejussionis, si statim agere posset, ut liberetur. Quod tamen fallit certis casibus ut si aliter convenit inter creditorem & debitorem; si debitor diu cessaverit in solutione; si bona sua coeperit dissipare; si fidejussor cōdem-

natus fuerit solvere.

De Solutionibus.

TIT. XXIII.

Solutione quando tollitur obligatio?

SI vel ipsemet obligatus principali-
ter. vel alius ejus nomine solvat, *l. 23. D.*
debitore principali licet in viro: quia *h. l. sol-*
etiam ignorantis & in viro licet facere *vere 53.*
conditionem meliorem. *D. eod.*

*Quid si debitor antequam solverit
moriatur?*

Tunc ejus hæres tenetur solvere, quia
hæres succedit in locum & jus defun- *l. 59. G.*
cti, & secundum naturam est, ut ad *l. 62. de*
quem pervenerint bona defuncti, i- *R. l. l. 10.*
dem & subeat onera æris alieni. *D. eod.*

*An igitur Prælati tenebitur solvere
as alienum à suo prædecessore
contractum?*

Non aliud, aut aliàs, quàm quod
pro necessitate vel utilitate ecclesiæ cui
præst, contractum est. Accipit enim bo-
na & possessiones Ecclesiæ velut hære-
dita.